

REGIÆ LITERARUM UNIVERSITATI
GOTTINGENSI

PRIMA SOLLEMNIA SAECULARIA

DIEBUS XVII. XVIII. XIX. SEPTEBRIS MDCCCXXXVII

AGENTI

G R A T U L A T U R

REGIA LITERARUM UNIVERSITAS
TUBINGENSIS



ADDITUR

DE VIA MILITARI ROMANORUM EGNATIA
QUA ILLYRICUM MACEDONIA ET THRACIA IUNGBANTUR
DISSERTATIO GEOGRAPHICA.

TUBINGAE

MDCCCXXXVII

TYPIS HOPFERI DE L'ORME.

ALMÆ GEORGIÆ AUGUSTÆ
MAGNIFICE DOMINE PRORECTOR,

VIRI SUMME REVERENDI, CONSULTISSIMI, EXPERIENTISSIMI,
AMPLISSIMI, DOCTISSIMI,

Prima sacra saecularia, quibus almae VESTRAE academiae anno MDCCXXXVII. conditae memoriam huius Septembris diebus XVII. XVIII. XIX. celebraturi estis, vix alia Germaniae academia laetioribus votis prosequitur, quam Eberbardina nostra Tubingensis.

Ex quo enim tempore Regum VESTRORUM sapientissimo consilio universitas Gottingensis condita fuit, populares nostri non destiterunt, praeter nostram academiam ad Musarum VESTRARUM fontem limpissimum accedere, ut inde literarum artiumque institutione non minus sincera quam eleganti imbuerentur. Eorum non unius extitit, quin summam VESTRAM benevolentiam et humanitatem animo grato testaretur.

Verum aliud quoque inter Gottingam et Tubingam arctioris necessitudinis vinculum intercedit. Ex Württembergiae enim finibus, quantum ii nunc maxime patent, per primi VESTRI saeculi decursum unum et alterum melioris spei iuvenem dignum iudicastis, qui apud Vos vel publice vel privatim docendi munere fungeretur. Eorum nomina hoc loco asserre, VOBIS non ingratum fore speramus. Sunt autem sequentia: BERG, COTTA, EICHHORN, FRANZ, GMELIN, HOF-AKER, MAYER, MEISTERI DUO, OSIANDER, PLANK, REUSS, SCHEIDT,

SCHLÖTZER, SCHNURRER, SEYFFER, SPITTLER, STAEUDLIN, STUTZMANN.
Ii viri quidquid ad res VESTRAS augendas contulerunt, eius particulam aliquam populares Württembergenses sibi vindicare posse existimant.

Postremo nunquam non sapientem illam solidamque rationem venerati sumus, quam antistites et doctores VESTROS in literis fovendis atque excolendis immutabili quodam tenore secutos esse constat. Apud Vos nimirum, si in alia literarum sede publica, iure aequissimo Musae vivunt, nullumque literarum genus alteri imperitat. Inde factum est, ut mira studiorum concordia et ubertas inter Vos conspiciatur, utpote fulta et nutrita prudenti motus et quietis temperamento, quo res humanae unice laetantur augenturque.

Salve, ALMA GEORGIA AUGUSTA, omnis solidioris et penitioris eruditionis per totum orbem literatum fax egregia et promotrix!

Dissertationem civis nostri, Th. Lucae Frid. TAFELII, geographicam de VIA ROMANORUM MILITARI EGNATIA, huic epistolae additam, aequo benevoleque animo accipiatis, etiam atque etiam rogamus.

Tubingae, VIII. Sept. MDCCCXXXVII.

Nominum VESTRORUM clarissimorum addictissimi cultores

Rector, Cancellarius et Professores

Regiae literarum Universitatis Tubingensis.

DE VIA ROMANORUM MILITARI EGNATIA
QUA ILLYRICUM MACEDONIA ET THRACIA IUNGEBANTUR

Veteris Macedoniae geographiam quum nuper lucubrationibus meis qualibuscunque tentarem *), id potissimum rationis consiliique persequebar, ut non vetustissimorum tantummodo scriptorum ope (sunt ii admodum pauci), verum etiam illorum auctorum lectione, qui toto, quod nos agimus, aevo Christiano vivere, facem aliquam tenebris illis admoverem, quibus vix aliam geographiae classicae provinciam adeo premi constat, quam Macedoniae cum Illyrico Thraciaeque contermina.

Nimirum opinabar, inventum iri inter istos recentioris neglectique a doctis quibusdam aevi scriptores unum et alterum, qui varia legisset ulterioris antiquitatis volumina, quibus nos per temporum iniuriam non sine doloris quodam sensu caremus. **) Accedit, quod illorum auctorum quidam terras istas, quas memorant, ipsi adiisse putandi sunt, ut Procopius, Nicetas, Cantacuzenus, alii. Postremo etiam apud incolas, quotquot antiquitas supererant, famam quandam de rebus vetustioribus obtinuisse, varia mihi testabantur medii aevi monumenta; cuius rei exempla protuli in mea Thessalonicae historia p. 13. et in Museo Rhenano Vol. V. p. 185.

Ea sive opinatio sive divinatio non omnis me fefellit. Vidi equidem, ut exemplis utar, Thucydidis quosdam Herodotique locos ambiguos solo SS. Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum adiuvulo illustrari; Demosthenicam vero Chalcidensium a Philippo eversorum memoriam e Cantacuzeno imperatore lucem nancisci, collato Appiano; postremo Strabonis aliorumque geographica satis vetusta e scriptoribus rerum Francicarum, ***) Byzantarum et Turcicarum intellectum suum sperare; ut alia omittam.

Ita volenti nolentive accidit, ut genus scrutandi susciperem, asperum sane et salebrosus, si aerumnas eius spectes; fructuosum vero et amoenum, si in eo non sine iudicandi quadam cautela, sobrietate et modestia verseris. Ea enim nunc est veteris geographiae conditio, ut vel diligentissima antiquiorum s. classicorum scriptorum cog-

*) Rhein. Museum für Philologie Vol. V. p. 157 sqq.

**) Imperante Anastasio, i. e. seculo V. et VI., Christodorus scripsit *πάρσια* (origines et antiquitates) Thessalonicae, libris XXII., de quo scriptore videndus Suidas s. v. *Χριστόδωρος*. Is igitur Macedonicis

quibusdam scriptoribus uti debebat, qui ad unum omnes interierunt.

***) Maximopere huc faciunt expeditionum cruciatarum scriptores, ii potissimum, qui iter Boemundi et Tancredi, Normannorum Siculorum, perscripserunt.

nitio per se non sufficiat: accedere debet eorum scriptorum usus, qui, licet diu post illos nati, non omnem melioris notae eruditionem exuerant, deinde etiam a maioribus aliquam famam de gentium urbiunisque primordiis acceperant. Utrique vero operae coronidem quasi imponit earundem regionum visitatio, vel commentariorum ab iis elaboratorum lectio, qui terras, quas dicunt, classicas cognoscendae antiquitatis causa, ut Taciti verbis utar (annal. 2, 59), adierunt.

Hanc viam rationemque tenui, cum nuper sinum portumque Thermaeum cum terra Axiava illustrarem (Rhein. Mus. I. c.). Iam vero, consilii tenore non mutato, maiorem Illyrici, Macedoniæ et Thraciæ partem uni quodammodo censurae subiciio, *viam sc. Romanorum militarem Egnatiam*, qua regna supra memorata inter se coniunxerunt, uberius tractatu illustrans. In qua expositione ita versabor, ut non de solis stationibus urbibusque clarioribus viae apposis agam, verum etiam statum illarum regionum naturam, maximopere montes, fluvios, lacus, postremo agriculturam illustrem.

Et primo quidem, ut ordinem decursumque disputationis iam nunc significemus, in praevia tractatione primum de *nomine* viae, et de *terris populisque* videbimus, quas via Egnatia penetravit, item de *mensura* et *longitudine*; secundo de *historia* viae, i. e. de iis, qui ea usi sunt; tum de *consilio* eius faciendae; denique de *tempore*, quo munita fuisse videtur. Sequetur ipsa Dissertatio, cuius prior sectio eam viae partem illustrabit, quae *inter Apolloniam (cum Dyrrachio) et Thessalonicam* intercedit (haec enim civitas medium apprimè viae totius locum obtinet, ut e Strabone apparebit infra laudando); sectio posterior eam partem, quae *Thessalonicam et Cypsela* iungit. Praemittemus autem alterutri sectioni *veterum itinerariorum tabulaeque Peutingerianae stationes numerosque*, uno conspectu iuxta positos; deinde singulas stationes et reliqua illustrabimus.

I.

Viam Romanorum *Egnatiam*, qua Illyricum, Macedonia, Thracia iungebantur, quis veterum suo nomine insigniverit, in obscuro nunc est, cum ea pars historiae Polybianae, quae fusius de hoc monumento egisse putanda est, interciderit. Poteris tamen ex opposito Italiae inferioris litore vocis illustrandae subsidia petere. Est ibi urbs maritima *Egnatia* (Strabo 6, 3, 7. 8 p. 282. ed. Casaub. Plin. H. N. 2, 107 (111). 3, 11 (16). Antonini itinerarium p. 117. ed. Wess.). Horatio (sat. 1, 5, 97) urbs *Gnatia* dicitur. Est ea inter Barium et Brundisium, Apolloniae Illyricae, unde cum Dyrrachio viae Egnatiae initium, fere opposita. Quare eundem, qui in urbem orae Adriaticae occidentalis coloniam deduxit, viae quoque magnificae auctorem esse putabis, quae ex oppositae orae orientalis urbibus, Dyrrachio atque Apollonia, initium capit. Verum Egnatiae quoque urbis auctor in incerto est; viaque Egnatia quando omnis munita fuerit, non minus ambigi licet. Nos ad apertiora progredimur.

Quas *terras gentesque* via Egnatia penetraverit, quam *longa* fuerit, denique *nomen* eius e solo Strabone, qui Polybium, forsitan et alium, secutus videtur, cognosci potest.

Strabo igitur libro 7, 7, 4. (p. 322. ed. Casaub.), coll. Plin. H. N. 4, 10 (17.) haec habet: Ἐκ δὲ τῆς Ἀπολλωνίας εἰς Μακεδονίαν ἢ Ἐγνατία ἐστὶν ὁδὸς πρὸς ἑω, βεβηματισμένη κατὰ μίλιον καὶ κατεστηλωμένη μέχρι Κυψέλων καὶ Ἐβρου ποταμοῦ. Μιλίων δὲ ἐστὶ πενταζοσίων τριάκοντα πέντε. Λογιζομένῳ δὲ, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ, τὸ μίλιον ὀκτοστάδιον, τετρακισχίλιοι ἂν εἴεν στάδιοι, καὶ ἐπ' αὐτοῖς διακόσιοι ὀγδοήκοντα. Ὡς δὲ Πολύβιος, προστιθεὶς τῷ ὀκτοσταδίῳ διπλεθρον, ὃ ἐστὶ τρίτον σταδίου, προσθετέον ἄλλους σταδίους ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ὀκτώ, τὸ τρίτον τῶν μιλίων ἀριθμοῦ. Συμβαίνει δ', ἀπὸ ἴσου διαστήματος συμπίπτειν εἰς τὴν αὐτὴν ὁδὸν τοὺς τ' ἐκ τῆς Ἀπολλωνίας ὀρηθέντας καὶ τοὺς ἐξ Ἐπιδάμνου. Ἡ μὲν οὖν πᾶσα Ἐγνατία καλεῖται. Ἡ δὲ πρώτη ἐπὶ Κανδαουίας λέγεται, ὄρους Ἰλλυρικοῦ, διὰ Λυχνιδίου πόλεως καὶ Πυλῶνος, τόπου ὀριζόντος ἐν τῇ ὁδῷ τὴν τε Ἰλλυρίδα καὶ τὴν Μακεδονίαν. Ἐκεῖθεν δ' ἐστὶ παρά Βαρνοῦντα διὰ Ἰρακλείας καὶ Λυγκηστῶν καὶ Ἐορδῶν εἰς Ἐδέσσαν καὶ Πέλλαν μέχρι Θεσσαλονικείας. Μίλια δ' ἐστὶ, φησὶ Πολύβιος, ταῦτα διακόσια ἐξήκοντα ἑπτὰ. Ταύτην δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῶν περὶ τὴν Ἐπίδαμνον καὶ τὴν Ἀπολλωνίαν τόπων ἰοῦσιν ἐν δεξιᾷ μὲν ἐστὶ τὰ Ἰππειρωτικὰ ἔθνη. . ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ ὄρη τὰ τῆς Ἰλλυριῶν. . καὶ τὰ ἔθνη τὰ παροικοῦντα μέχρι Μακεδονίας καὶ Παιόνων. I. e. *Ab Apollonia in Macedoniam est via Egnatia orientem versus, dimensa secundum millia lapidibusque distincta, usque ad Cypsela Hebrumque fluvium. Continet M. P. 535. Quodsi pro 1000 passibus 8 (ut receptum est) stadia numeres, stadia habebis 4280. Sin Polybium sequare, qui 8 stadiis 2 iugera addit, i. e. trientem stadii, addenda sunt 178 stadia, triens numeri milliarium. Eodem spatio eundem in viam deveniunt, qui ab Apollonia, et qui a Dyrrachio profisciscuntur. Tota haec via Egnatia vocatur, prima pars in Candaviam, Illyrici montem, per urbem Lychnidum et Pylonem, qui locus in via distinguit a Macedonia Illyricum: inde iuxta Barnuntem (montem) per Heracleam, Lyncestas Eordosque Edessam et Pellam pergit Thessalonicam. Sunt haec milliaria, ut ait Polybius, 267. Hoc iter facientibus ab Epidamno et vicinis Apolloniae locis ad dextram sunt gentes Epiroticae. . ad sinistram Illyrici montes et gentes, quae inde usque ad Macedoniam et Paeonas habitant. Idem ibidem 8 (p. 327): Διὰ δὲ τούτων ἐστὶ τῶν ἐθνῶν ἢ Ἐγνατία ὁδὸς, ἐξ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας. Περὶ δὲ τὴν ἐπὶ Κανδαουίας ὁδὸν αἱ τε λίμναι εἰσὶν αἱ περὶ Λυχνιδόν. I. e. per has gentes via Egnatia ducit ex Epidamno et Apollonia. Et in ea, quae est in Candaviam, via lacus sunt circa Lychnidum. *) Excerpta ex eodem Strabone libr. 7, sin. §. 3.: Ὅτι ἡ Μακεδονία περιορίζεται, ἐκ μὲν δυσμῶν, τῇ παραλίᾳ τοῦ Ἀδρίου, ἐξ ἀνατολῶν δὲ τῇ παραλλήλῳ ταύτης μεσημβρινῇ γραμμῇ, τῇ διὰ τῶν ἐμβολῶν Ἐβρου ποταμοῦ καὶ Κυψέλων πόλεως. . ἐκ νότου δὲ τῇ Ἐγνατία*

*) Non solam paludem Lychnitidem spectari, e plurali lacuum numero per se patet. Est magnus lacus Lychnitis (Okri,

Achrida); dein tres minores vicini, lacus Prespae, lacus Drenovae, lacus Maliki.

ὁδῶν, ἀπὸ Δυρράχου πόλεως πρὸς ἀνατολὰς ἰούση, ἕως Θεσσαλονικείας. I. e. *Macedonia ab occasu terminatur maris Adriatici ora; ab ortu linea meridiana illi orae parallela, per Hebri ostia et Cypsela urbem ducta . . . ab austro finitur viâ Egnatia, quae a Dyrrachio urbe versus orientem Thessalonicam tendit.*

Penetravit igitur via Egnatia Illyricum, Macedoniam, Thraciam meridionalem, et quidem maritimam, Aegaeo mari appositam. Primam regionem non habet Epitomator Strabonis, qui Macedoniam, sensu latiori et Romanorum, Adriâ terminat, velut itinerarium Antonini p. 317. ed. Wessel.: *Iter, quod ducit a Dyrrachio per Macedoniam et Thraciam.* Initium fuit Dyrrachium cum Apollonia, medium Thessalonica, finis Cypsela.

Polybiusne, ut hoc unicum e sequenti capite praeoccupem, hac via usus sit, postea Strabo, in incerto positum est: de Strabone equidem dubito. Hunc enim more suo in ea parte libri VII., quae servata est, quaedam additurum fuisse puto, unde praesentia eius in istis terris intelligi poterat. Quod est secus. Deinde Polybius mensuram quidem viae, inter Dyrrachium (cum Apollonia) et Thessalonicam intercedentis, exponit; quod tamen ab alio, sc. rerum Macedonicarum scriptore, ut Strabo a Polybio, discere poterat. Strabonem vero illas regiones non adiisse, persuasum habeo. Cur enim mensura viae Polybiana utitur, non sua, ut alibi?

Sed quaeres, num Polybii aevo via Egnatia extiterit? E mensuris, quas Strabo in fine narrationis suae e Polybio de via Egnatia repetit, ne id quidem certo consequitur. Polybium, cuius ea pars historiae intercidit, de via aliqua antiqua locutum dices, cuius vestigiis mensurisque, quod alibi quoque accidisse puto, postea via nova, Romanorum sc., Ciceroni Strabonique nota, respondere adeoque inniti poterat. Sed fac, viam Egnatiam, quatenus Thessalonicam petebat, Polybii iam aevo munitam fuisse, quod equidem non nego: fuitne etiam altera pars, posterior s. orientalis, eodem aevo absoluta? Tacet de ea re Strabo; qui, quod primo loco de longitudine totius viae docet, id non e Polybio habet: non enim affert nisi stadii Graeci mensuram Polybianam, non Polybianam totius viae delineationem.

Totius igitur viae longitudo efficit stadia 4280, milliaria Rom. 535, Germanica 107; quod quomodo mensuris itinerariorum tabulaeque Peutingerianae respondeat, suis locis exponetur.

II.

Index eorum, qui prisco aevo via Egnatia usi sunt. Horum non antiquiorem Cicerone novi. Is igitur, cum exul ante Chr. a. 58. Brundisium venisset, dubius haesit, num per Epirum Thessaliamque, an recta Thessalonicam proficisceretur. Vide epistolas eius ad Atticum 3, 7: *Brundisium veni a. d. XIV Kal. Mai. . . . Aut accedemus in Epirum, aut tarde per Candaviam ibimus.* Posteriorem viam alteri praetulit, quod ex epistola eiusdem libri octava cognoscimus. *Phaëtho, ait, libertus Pellae mihi praesto fuit.* Eam urbem non ii permeant, qui per Thessaliam, sed qui recta Thessalonicam proficiscuntur, coll. epist. 14.: *In Epirum ideo . . . non veni* (ad evitandas ambages). Reditum per eandem

viam fecit, coll. epist. 22.: *Ego quod, per Thessaliam si irem in Epirum, per diu nil eram auditurus, et quod mei studiosos habeo Dyrrachinos, ad eos perrexi.* Ceterum isto tempore multum commercii inter Dyrrachium ac Thessalonicam fuisse, ex iisdem epistolis intelligitur.

Sequitur bellum civile inter Caesarem Pompeiumque ante Chr. annis 49. 48. gestum. Caesar de bello civ. 3, 11: *Pompeius erat eo tempore in Candavia, iterque ex Macedonia in hiberna Apolloniam Dyrrachiumque habebat.* Ibidem c. 79.: *Caesarem Apollonia a directo itinere averterat: Pompeius per Candaviam iter in Macedoniam expeditum habebat.* Ibid.: . . *Heracleam Sinticam* (immo Heracleam Pelagoniae), *quae est subiecta Candaviae* (immo Baŕnunti).

Idem iter Brutus quoque post occisum Caesarem cum exercitu fecit, Macedoniam petens. Vide epistolarum Ciceronis et Bruti librum singularem, epist. 6. Ibi Brutus: *In Macedonia congregiemur* (ego et filius tuus) . . . Subscriptio epistolae: *XVII Kal. Iun. ex castris, ad imam Candaviam.*

Caesare occiso cum Antonius atque Octavianus Macedoniam peterent (ante Chr. a. 42.), ibi cum Bruto Cassioque decertaturi, Octavianus aeger Dyrrachii aliquamdiu substitit (Appian. B. C. 4, 106). Eum deinde per Egnatiam Philippos venisse, nullus dubito, quamquam de eo silet historia. Eodem bello Brutum Cassiumque ab Hellesponto per partem Egnatiae orientalem, quae est inter Cypsela Philipposque, in Macedoniam venisse legimus (Appian. l. c. cap. 102 sq.): nomen tamen viae nostrae iterum tacetur. Quod non secus diu post (anno Christi 322), quum Constantinus M., cum copiis ex urbe Thessalonica egressus, Hebrum inferiorem, dein Hadrianopolin Thraciae peteret, cum Licinio decertaturus (Zosimus 2, 22), sc. nostra via, non alia usus, quamquam nomine eius non allato. Fini eiusdem imperatoris iter viri Sancti assignandum est, qui e Bordigala, Galliae urbe, egressus, Hierosolyma profectus est (Itinerar. Hierosol. p. 537. ed. Wessel.). Is per viam Egnatiam in Italiam rediit. Eandem viam ii respiciunt, qui Itinerarium, quod Antonini imp. esse fertur, tabulamque Peutingerianam s. confecerunt s. refecerunt, licet viae nomen disertis verbis non significantes.

Per eandem (sc. orientalem partem) copiae Aegyptiacae profectae sunt, quae, imp. Theodosio M. a Byzantio venientes et Macedoniam petentes, Thessalonicam venere, de quibus videndus Zosimus 4, 30. 31 (ad annum 388.). Neque aliter paulo post (a. 392. vel 393.) ipse Theodosius M., Byzantio cum legionibus suis egressus, Italiamque petens, ad debellandum Eugenium tyrannum; in quo itinere cum Thessalonicam venisset, stragem civium notissimam edidit, de qua egi in Thessalonicae historia p. 34 — 38.

Seculo quinto (a. 479.) Theodoricus Gothus, brevi post rex Italiae, Thessalonicam hostili agmine petens, fortitudine Thessalonicensium, seu donis et artibus Zenonis imp. motus, a consilio abstitit (Historia Thessalonicae p. 38), statimque arma adversus Illyricum Dyrrachiumque movit. In ea expeditione non aliam viam ingressi sunt

Gothi, quam Egnatiam occidentalem. Primo enim venere Edessam (Vodinam), quam male habuere (Nicephori progymnasmata cap. 22. pag. 519 sqq. ed. Walz.); inde Heracleam Pelagoniae; postea Lychnidum, Scampa, Dyrrachium. Posteriorem expeditionis partem (ab Heraclea Dyrrachium) egregie illustrat Malchus, qui scriptor multum lucis nostrae dissertationi affert. Is igitur in Excerptis legationum cap. I (Dexippus etc. ed. Bonn. p. 248 sq.): 'Ο δε Βαλαμήρου (Theodoricus) περὶ Ἡράκλειαν ἔμενεν, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰππειρον πέμπει πρὸς Σιδιμῦνδον.. ἐν τῇ κατ' Ἐπίδαμνον Ἰπείρῳ χώρῳαν τε νεμόμενον καὶ εὐδαίμονα κληρόν.. ἀξίῳν ἐξευρεῖν καὶ συμπράξαι τρόπον, δι' οὗ τῆς τε Ἐπιδάμνου καὶ τῆς ἄλλης.. δυνηθεῖη κρατήσας στήναι τῆς πολλῆς πλάνης. Annuit Sidimundus Gothus, *et Theodoricus πρὸς τοὺς Ἰρακλεώτας, ἐκλιπόντας μὲν τὴν πόλιν, ἐς φρούριον δὲ ἰσχυρὸν ἀνεσκευασμένους, πέμψας ἀπήτει σίτον πολὺν τινα καὶ οἶνον, ὅπως τῷ στρατῷ ἔχοι ἀπιῶν ἐφόδια. Illi renuunt; tum Gothus vacuum incolis urbem iratus incendit, et confestim castra movet in Illyricum. Καὶ κατὰ τὴν δύσοδον καὶ στενὴν ὁδὸν, τὴν ἐπὶ τὴν νέαν λεγομένην Ἰππειρον (Illyricum) ἀπάγουσαν, ἀναστήσας ἤλαννε, καὶ προπέμπει τοὺς ἰππεῖς, τὰ ἄκρα τῆ στρατιᾶ προκαταληφόμενος, καὶ ἕως ἀνέλπιστοὶ εἰσι κατ' ἐκεῖνα χωρήσειν, ἐξ ἐφόδου ἀθρόας ἐκκρούσοντας τὴν φυλακὴν, ἣ τις ἦν αὐτόθι. Οἱ δὲ ὡς ἀνέβησαν, οἱ ἐπὶ τῷ τειχίῳ φρουροῦντες στρατιῶται τὸ τε πλῆθος ἰδόντες, καὶ πρὸς τὸ αἰγνίδιον αὐτῶν καταπλαγέντες, οὔτε εἰς ἀλὴν ἔτι τραπέσθαι ὑπέμειναν, οὔτε λογισμὸν ἔσχον ἀποξενῆσαι τὸ τείχος, ἀλλ' ὤρμησαν φεύγειν.. Οἱ δὲ (Gothi) κατὰ πολλὴν ἐρημίαν προσιόντες (l. προϊόντες) ἐχώρουν.. Θεωδέριχος μὲν οὖν (ducebat is agmen) προκαταβάς καὶ θαρσῶν, ὡς οὐδεὶς ἦν αὐτοῖς ἐφεπόμενος... ἠπείγετο φθάσαι προκαταλαβὼν, ἢ ἂν δύναίτο, πόλιν. Καὶ πρὸς μὲν τὴν Ἀνζυρὸν *) ἐπελθὼν ἀπεκρούσθη, ἐπὶ ἰσχυροῦ κειμένην, καὶ πηγῶν ἔνδον πλήρη, καὶ σίτου προενόντος. Ἀναστὴς δὲ ἐκεῖθεν τὴν τε Καρπίαν (l. Σκαμπίαν) αἶρει, **) τῶν οἰκητόρων πάλαι ἐκλειοπτῶν, καὶ ἐξ αὐτῆς ὀρμήσας Ἐπίδαμνον λαμβάνει. His auditis Zenonis oratores, Thessalonicae morantes, ea, quae Theodoricus fecerat, improbant, deinde Edessam, hinc Lychnidum veniunt. Τῶν δὲ ἐκ τῆς πόλεως τῶν ἐν ταῖς ἀξίαις (παλαιόπλουτός τε καὶ αὐτὴ καὶ εὐδαίμων ἢ πόλις) καὶ τῶν ἄλλων ἀπαντησάντων, εἰσέρχονται ἐνταῦθα. Iamque Adamantius, legatorum s. oratorum unus, Dyrrachium (Epidamnum) mittit ad Theodoricum: veniat ipse in regionem Lychnidi de rebus agendis; vel ipsum (Adamantium), data per Theodoricum fide, Dyrrachium venturum. Theodoricus obsides mittit ob iter Adamantii, eosque Scampiae (ἐν Σκαμπίᾳ) subsistere iubet. Post quas-

*) Anterior aevum scripserat Ἀνζυρὸς. Man- nerti (geogr. VII. 414.) Ἀνζυρὸς, οὐντος apud Strabonem, ut idem tradit, non de- prehenditur. V. nos infra in v. Lychni- dus.

**) Male ibi versio latina: *diruit*. Scam- pia (Scampa) capta tum fuit, non diruta. Vide sequentia, ubi (est annus 519) Scam- pina civitas statum satis amplum beatum- que prae se ferre videtur.

dam transactiones Adamantius λαβὼν στρατιώτας διακοσίους, δι' ὄχθων τε ἀβατων καὶ ὁδοῦ ἀδήλου μὲν τοῖς πολλοῖς, στενῆς δὲ καὶ ἀτριβοῦς, καὶ τότε πρῶτον ἵππους, ὡς ἐλέγετο, δεξαμένης, ἀφ' ἐσπέρας ὁρμήσας καὶ κύκλω περιελθῶν, ἔρχεται εἰς φρούριον Ἐπιδάμνου πλησίον, ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ κείμενον, καὶ ἄλλως ἄμαχον, ᾧ φάραγξ ὑπέκειτο βαθῦς, καὶ παρὰ τὴν φάραγγα ποταμὸς βαθῦς ἐρῶρει. Ibi Adamantius cum Theodorico colloquitur: is Epiro excessurum se pollicetur, inque Dardauiam concessurum (repetenda igitur erat via, quam ante fecerant Gothi). Quo tempore haec agebantur, Sabinianus, alter Zenonis ἱερ. legatus, Lychnidi commorans, multas copias contraxit. Ei tum forte nuntiat, ὡς οἱ βάρβαροι (Gothi, ex Illyrico reduces Dardaniamque petentes) καταφρονήσαντες σχολαίτερον κατίασιν ἀπὸ τῆς Κανδαβείας (inter quos multi currus, atque Theodorici fratrisque eius mater). Spem esse, hos capi posse. Ὁ δὲ (Sabinianus) τό τε ἱππικὸν μεθ' ἑαυτοῦ συντάξας, καὶ λεζοὺς οὐκ ὀλίγους κύκλω διὰ τῶν ὁρῶν περιπέμψας . . ἀφ' ἐσπέρας ἐχώρει. Postero mane Gothos ex improviso adoritur. Gothus Theodimundus et mater eius ταχὺ διεκπεσόντες ὑπέφυγον ἐς τὸ πεδίον, καὶ τὴν γέφυραν, καθ' ἣν ὑπερέβησαν, εὐθέως ἀνελόντες, ἢ φάραγγι βαθείᾳ ἐπέξενκτο, μέσης οὔσης τῆς ὁδοῦ, τὴν διώξιν ἐκείνοις ἐπὶ τοὺς καταβάντας ἐποίησαν ἄπορον, καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἑαυτῶν ἀδύνατον τὴν φυγὴν, ὥστε πρὸς ἀπόνοιαν ὀλίγοι ὄντες ὁμοίᾳ τοῖς ἱππεῦσιν ἐχώρουν. Ibi Sabinianus multos Gothorum occidit, multo plures cepit. Deinde curribus aliquot, quos difficile erat *per tot praerupta loca* agere, *in monte incensis*, Lychnidum revertitur. Post hanc Graecorum perfidiam bellum cum Theodorico redintegratur.

Integrum fere Malchi locum apposui, perquam memorabilem, tum eorum gratia, qui cum nostro quandoque libello in haec deserta venient scrutaturi, tum ob partium singularum viae illustrationem, quam infra praestabimus.

Paulo post, imperante Anastasio (a. 491 — 518.), dein Iustino I (a. 518 — 527.), iterum occurrit viae Romanae memoria. Ea tempestate pontifices Romani non rarum commercium cum aula Byzantina habebant, maximopere ob Acacii haeresin, quam multis Cpolin missis legatis rescindi ab imperatoribus Graecis volebant. Ii legati ab Aulone, e meridie Apolloniae sita, venientes, per Scampinam civitatem Lychnidum, hinc Thessalonicam, postremo Cpolin proficiscebantur, manifesto usi via Egnatia, et primo quidem ea parte minus trita, quae ex Apollonia ducit Clodiana, hinc tritiore per Caudaviam. Audiamus Hormisdæ, papae Romani, legatos, ad hunc ex ipso per Candaviam itinere scribentes. Exemplum suggestionis secundae Germani et Ioannis episcopi, Felicis et Dioscori diaconorum, et Blandi presbyteri, ad papam Hormisdam (Conciliorum Tomus X. Paris. 1644. p. 514.): *In civitate Aulonitana quo ordine . . pervenimus* (a. Chr. 519.) . . *in alia epistola* *) *beatitudini Vestrae significavimus.*

*) Quae periit.

*Quod in Scampina civitate factum est, vestris orationibus tacere non permisimus. Antequam nos ingrederemur in civitatem, venerabilis Troius (I. Troilus) episcopus cum suo clero vel *) plebe in occursum nobis egressus est . . Nobis praesentibus vel suo clero et nobilibus viris ipsius civitatis . . praesente omni clero vel plebe . . Erat conventus in basilica S. Petri . . prope omnes cum cereis viri cum mulieribus, milites cum crucibus in civitate nos susceperunt. Celebratae sunt missae . . Istam (haec) epistolam ante XXX miliaria a Lignido **) (Lychnido) fecimus, sperantes, ipsa die in eadem civitate . . pervenire . . Scampinus episcopus . . civitatis Lignidi episcopum . . Scampis nobis positus . . Tertia suggestio legatorum supra memoratorum (ibid. p. 516.): . . De Scampina civitate . . cum dei misericordia venimus Lignidum . . ipsius civitatis (Lignidi) . . Exemplum relationis Andreae episcopi Praevalitani (ibid. p. 516.): Scampinus episcopus . . in Scampina civitate . . et videntes Lignidonenses, quod fecit Scampinus etc. Suggestio Dioscori diaconi (ibid. p. 521 sq.): Quid in Aulone sit actum, quid Scampis, quid Lignidi fuerit subsecutum, anteriore significatione suggesti. Ad Thessalonicam pervenimus.*

Iustiniani aevo viae nostrae memoria non occurrit; quod vix mirum. Tum enim exercitus Romani, adversus Gothos in Italia agentes missi, per vallem Hebri Serbiam hodiernam petebant, deinde inter Savum Dravumque in Istriam veniebant.

Insequentium quoque temporum historiam de via Egnatia tacere video: est aevum Slavorum, a quibus, imperante Mauricio et sqq. plurimam Macedoniae partem occupatam esse constat. Quantum commercii isto tempore inter Constantinopolin Dyrrachiumque in via Egnatia occidentali exercitum sit, neminem scire puto. Si fuit, rarum fuit. Barbari enim terras tenebant, per quas via ducit. Quid? quod partem quoque viae orientalem, circa Strymonem et Christopolin (Cavalam), ab iis obsessam aliquamdiu fuisse puto; de quo vide Nos in historia Thessalonicae p. 59 sqq.

Pergo ad Bulgarica. Devictis seculo VII. Slavis Macedonicis (Histor. Thessal. p. 65 sq.), via inter Byzantium Thessalonicamque iterum patefacta fuit: num etiam via inter Thessalonicam et Dyrrachium, non liquet. Namque historia Macedoniae superioris Illyricae isto aevo, si quid aliud, obscura et manca est. Venere brevi post Bulgari, a quibus ad oram paludis Lychnitidis regia Achris s. Achrida (Okri) condita fuit, in cuius vicinia aliam quoque eorundem regiam occurrere video, Prespam. Ii tenere plurima Macedoniae Illyricae, modo pacem cum Graecis agentes, modo bellum

*) I. e. non solum cum suo clero, sed etiam plebe. Non aliter aut apud Tacitum (ann. 1, 8, 16. 2, 30, 47. 3, 63. 4, 35, 47. 15, 48. hist. 1, 77. 1, 71) habet vim copulativam. Sic etiam vel ap. Tac. hist. 2, 8. In his aut (ubi) idem est quod partim.

**) Eam Lychnidi scriptionem, vulgarem puto, ante inveni in epistola 2 Gelasii I papae (Conciliorum Tomus X. p. 93.). Inscriptio epistolae: *Ad Laurentium de Lignido episcopum*. Regnavit Gelasius ab anno 492.

(Cameniata cap. 6., ad annum 904.). Bulgaria tum a Thessalonica prope revera abfuit. Finem Bulgarico regno Basilius Bulgaroctonus imposuit. Is a. 1015 Edessam (Bodinam) cepit, urbem Macedonicam a Bulgaris tum habitatam, quos in montes Mosynopolitauos prope Hebrum inferiorem transtulit; deinde per urbem Ostrobam planitiemque Pelagoniae Achridem petiit, quam eodem anno expugnavit (Cedrenus p. 709. 710. ed. Paris.). Bulgarorum plena debellatio incidit in annum 1019. In his beillis via Egnatiâ Graecos usos esse patet.

Eiusdem seculi XI. fini assignanda est Basilacii, praefecti Dyrrachini, rebellio, qui a Dyrrachio profectus, per urbem Achridem Thessalonicam venit, unde Cpolin pergere in animo habuit. Vide Annam Comnenam libro I. p. 17. ed. Paris., coll. Scylitza p. 865. ed. Paris. Alexius, Adrianopoli Thracica tum degens, contraque eum missus, iter ab Hebro inferiore tritum et vulgare habuit in via nostra antiqua. Cum vero prope ad Strymonem venisset, via publica relicta (volebat Basilacium Thessalonicae agentem latere), ad septentrionem (per vallem Philippensium puto) deflexit, Strymonemque (prope Serras, ut videtur) transgressus, in valle fluvii Strumnitzae, qui ab occidente in Strymonem influit, perrexit. Dein, faucibus inter Strumnitzam montemque nigrum (*Μαῦρον ὄρος, monte nero*), superatis, ad Bardarii mediî alveum venit, dehinc in cadem valle contra Basilacium descendit, eumque haud procul a sinu Thermaico devicit, coll. Nicephoro Bryennio 4, 18 seqq. Deinde in via publica Cpolin rediit, brevi post purpuram sumturus.

Venio ad historiam Normanno-Byzantinam, sive eiusdem Alexii I., Ioannis, deinde Manuelis, postremo Andronici atque Isaacii Angeli imperium (a. 1081 — 1185).

In annum 1081 sqq., s. Alexiani imperii primum, incidit prima Normannorum Italicorum expeditio Graeca, duce Roberto. Contra eos Alexius proficiscens, Thessalonicam venit (Anna Comn. IV. p. 110 ed. Paris.); inde cum copiis suis fluvium Charzanem assequitur, hinc S. Nicolai fanum, prope ad Dyrrachium. Qua via inter Thessalonicam Dyrrachiumque usus sit, Anna non aperit. Charzanis enim fluvii nomen in ambiguo est, quum aliis idem sit quod *Genusus* veterum (Albanorum fluvius *Scombi* s. *Tobi*, ab urbe vetere, puto, *Scampâ* dictus), qui a Deaboleos (Devol) montibus descendit; aliis fluvius *Beratio* s. *Ergent* (veterum *Apsus*), e meridie Genusi fluens; aliis *Panyasis*, proxime (sic volunt) ad Dyrrachium. *) Fugatur Alexius (proclii locum non significat Anna), et per multas montium ambages *Achridem* venit, in ultima saltem itineris errorisque parte via usus Egnatia. In eorum gratiam, qui postero tempore loca ista visitabunt, appono Annae verba (p. 121. ed. Paris.): *Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἐλιγμοὺς τῶν παρακειμένων ὄρων καὶ πᾶσαν*

*) Meletio (Geogr. Vol. II. p. 252) Panyasis (Panyassus) idem est quod Spirnatza,

e meridie Dyrrachii.

τὴν δύσβατον ἀτραπὸν ἐν δυοῖν νυχθημέροις διεξελθὼν, καταλαμβάνει τὴν Ἀχρίδα. Ἐν δὲ τῷ μεταξύ τὸν Χαρζάνην διελθὼν, καὶ μικρὸν περὶ τὴν καλουμένην Βαβαγόραν *) ἐγκαρτερήσας (τέμπος δ' αὐτῆ δύσβατόν ἐστι) . . ἐξεφλέγετο (maxime doluit de clade sua suisque occisis). Hinc (ab Achride) Deabolin se confert, in superiori valle Genusi sitam, ibique reliquiae exercitus convenire iubentur (Auna Conn. V. p. 126. ed. Paris.). Videmus, Alexium Lychnidi (Achride) reliquisse viam Egnatiam, atque aliam elegisse, quae per vallem Biklistae Castoriam ducit, occidentalis Macedoniae urbem. Posterior via in iis, quae deinceps narrabuntur, tam crebro occurrit, ut aevo medio magis adeo frequentata mihi videatur, quam via vetus, ab Achride Monasterium Edessamque (Bodinam) ducens. Insequenti anno (1082) denuo victus in Illyrico Alexius per Strugas (Stronga) venit Achridem, hinc ad Bardarium tendit, procul dubio usus Egnatiā (Anna Conn. V. p. 135). Paulo post alia sequitur Alexii clades Illyrica: Normanni Achridem urbem occupant, arce resistente. Hinc Ostrobam vano successu tentant, eam puto Ostrobam, quae Edessae (Bodinae) vicina est: Annae enim narratio hoc suadet (Anna l. c. p. 136). De Ostroba, Sosco aliisque urbibus Macedonicis ibi memoratis videatur Georgius Pachymeres in Michaelae Palaeologo 2, 11. Cantacuzenus 4, 19. Normanni igitur via antiqua usi sunt, quae est inter Achridem et Thessalonicam: suadet hoc Ostrobae post Achridem mentio. Ultra Edessam (Bodiuam) tum non progressos constat: deflexere in Thessaliam, ubi bellum continuatum fuit circa Larissam.

Anni 1097 est Normannorum, duce Tancredo, expeditio cruciata, per regnum Graecorum instituta. Illi Dyrrachio egressi, non via vulgari **) per Achridem et Monasterium (Heracleam s. Pelagoniam) in Macedoniam venere, sed aliā, sc. per vallem fluvii *Beratio* s. *Ergent* (Apsi); dehinc, montibus prope Voscopolin superatis, per initium vallis Genusi, postremo per vallem Biklistae. Eorum iter haud parum contribuit ad geographiam illustrandam; quare animus est, ex annalibus istius aevi quaedam apponere. Fulcherius Carnotensis in Gestis peregrinantium Francorum cap. 3. ad annum 1097 (utor in sequ. editione Bongarsiana): *Ante urbem praefatam (Duratum, i. e. Dyrrachium) postea perreximus. Itaque Bulgarorum regiones, per montium praerupta et loca satis deserta, transivimus. Demonis* (l. Daemonis, i. e. Deabolis s. Diabolis, i. e. Devol) *ad flumen rapidum cum venimus omnes, quod sic ab incolis terrae vocitatur (et merito: vidimus enim in illo flumine diabo-*

*) Pagum *Baboga* habet tabula geogr. Lapie, ab oriente Dyrrachii, e septentrione Genusi (Scombi). Vide tamen nos deinceps.

**) Fuit ea recta inter Dyrrachium et Copolin via, disertis verbis hoc monente Anna Conn. libro X. p. 289. ed. Paris.

lico quam plures, dum vadare pedetentim sperabant, torrentis impetu diro . . . muros repentino perire . . .), tunc iuxta ripam castra metati sumus . . . Montes vasti nobis undique praecerant . . . Mane iter nostrum arripuimus, conscendendo montem, quem *Bagulatum* *) nuncupant. Postea vero, montibus postpositis, tandem pervenimus ad flumen, quod vocatur *Baldarius* (Bardarius, Axius). Ibidem cap. 4: *Mora autem per quatuor dies ibi (prope Thessalonicam) facta, deinde Macedoniam transigentes, per vallem Philippensium, postque per Lucretiam et Crisopolin (l. Chrysopolin) atque Christopolin, ceteras quoque urbes, quae sunt in Graecia, Cpolin pervenimus.* Gesta Francorum et aliorum Hierosolymitanorum cap. 4: *Hi omnes . . . applicuerunt Bulgariae partibus, ubi invenerunt nimiam abundantiam frumenti, vini et alimentorum corporis. Dein descendentes in vallem de Andronopoli **), exspectarunt gentem suam, donec omnes pariter transfretassent ***). Tunc exeuntes inde, venerunt per nimiam plenitudinem de villa in villam, et de civitate in civitatem, de castello in castellum, quousque pervenimus Castoriam. Egressi de Castoria, intravimus Palagoniam (l. Pelagoniam), in qua erat quoddam haereticorum castrum (Coiana s. Poliana Bardariotarum), quod undique aggressi sumus . . . Combussimus castrum cum habitatoribus suis, scilicet haereticorum congregatione. Po-*

*) Du Cangius ad Annae librum XII. (p.388. ed. Paris.) hunc montem cum Bagora Theophylacti Bulgarorum Archiepiscopi (epist. 65) confundit. Male, si quid aliud, Bagulatus mons inter Deabolin (Devol) Castoriamque locum habet, priori imminens; Bagora Dyrrachio propior est, estque eadem puto cum Babagora Annae, coll. loco supra allato. Theophylacti, Bulgarorum Archiepiscopi epistola 65., scripta instante Boemundi, Normanni expeditione (Opp. ed. Ven. Vol. 3. p. 699): *Τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἀχρίδα πάντα φόβον μεστὰ, καὶ τὸ [ἀπὸ] τοῦ Μόκρου μέρος (ὃ δὲ Μόκρος τῆς Ἀχρίδος τμήμα) παρὰ τοῦ δούλου καὶ ἀποστάτου (Boemundo Normanno foedifrago) λεληϊσται. Ἡ δὲ Βαγορὰ (ὄρος δὲ αὐτῆ παμμέγα, καὶ τοῖς Βουλγαρικοῖς καὶ Δυρράχινοῖς ὄρεσι μεσιτεῖον) παρὰ τοῦ ἀντίορου φυλάττεται.* Cognoscitur ex his, Achridem non solum urbem fuisse (veteris puto Lychnitidis loco), sed etiam ditionem: vocatur enim pars eius et sectio Mocrus, quem ego ex occidente Achridis pono. Deinde montes Dyrrachini erunt regio montana, inter Dyrrachium atque Elbassanum intercedens (montes Grabatz).

Bulgarici montes prope Achridem quaerendi sunt (i. e. Candavia veterum); Bagora vero, cum medio loco inter Dyrrachinos Bulgaricosque montes a Theophylacto collocetur, erit Scampis vicina, Genusoque (Scombi, Tobi) fluvio imminens, inter hunc puto et flumen Apsun (Ergent). Postremo vox antiqua *Bagulatus* (*Bugulatus*) in voce *Biklista* conspicitur.

**) Hadrianopolin tabula Peutingeriana in medio fere illius vallis spatio, quam Apsus facit, locat. Huius urbis, ut Macedonicae, non immemor est chronicon Paschale ed. Bonn. T. I. p. 15. Poterit esse hodiernum *Tepelen*, famosi Ioanninorum tyranni Ali-Paschae patria, qui hinc dici solet *Ali-Tepelenli*.

***) Chronicon Alberici ad annum 1096 (1097) p. 151. ed. Leibnitz.: *Boemundus cum Tancredo . . . per Bulgariam Adrianopolin venientes transfretaverunt, et venientes usque Castoriam . . . et inde per castrum Pelagoniam venerunt usque ad flumen Bardarum. Erat in Pelagonia castrum munitissimum haereticorum . . . quo diruto radicitus ventum est ad flumen Bardarum.*

stea pervenimus ad fluvium Bardarum *). Ibid. cap. 6: *Deinde* (a Thessalonica) *venimus ad quandam civitatem, quae dicitur Serra* (ergo deslexerant a via recta, seducti puto a Graecis) **). Ibidem: *Deinde pervenimus de castello in castellum, et de villa in villam, ad Rusum civitatem*. Ultimam civitatem male *Susam* dicit Robertus Monachus in historia Hierosolym. libro II. p. 36., cum Gestis Francorum plane consentiens in reliquis. De hoc itinere Normannorum conferantur quoque: Baldricus archiepiscopus in histor. Hierosolym. ed. cit. pag. 92. Guibertus abbas in histor. Hierosolym. 3, 2. Anonymus in Gestis Francorum cap. 4 (qui montem illum inter Castoriam et Deabolin *Bugulatum* dicit). Guilielmus Tyrius 2, 13. Adde Gesta Tancredi principis cap. 4 (Muratori scriptt. rer. Ital. Vol. 5. p. 287). Vallis Hadriano-politana apud scriptores modo allatos fere omnes occurrit: nomen traxit ab urbe Illyrica Hadrianopoli, de cuius situ ambiguo v. Wesselingium ad Hieroclem pag. 651., quem Gestis Dei per Francos Actisque conciliorum non usum doleo. Ex his enim, coll. tabula Peutingeriana, situs urbis intelligi poterat. Viatores illi, e Dyrrachio egressi, per vallem Hadrianopolitanam ad fluvium Deaboleos (Devol) venire, sc. per vallem fluvii Apsi (Beratino, s. Ergent) euntes; ex hac in vallem superiorem Genusi (Scombi s. Tobi) prope Voscopolin urbem transscenderunt. Nil agunt, qui Hadrianopolin multo magis meridionalem esse volunt, ut sita fuerit ad fluvium Aoum, vel alium vicinum, e. g. fluvium Argyro-Castro. Ceterum Hadrianopolin sedem in mediterraneis habuisse, praeter tabulam Peutingerianam ex Actis S. Leucii (Lucii) ad XI. Ianuarium apparet, quem locum Wesselingius quoque attulit l. c. Superstes erat saeculo VI., coll. Hierocle p. 651, forsitan etiam saeculo XI., quatenus id e scriptoribus a me allatis colligi licet. Istaе terrae saeculo XI incolae Bulgaros habuere: urbium habitatarum nomina non deprehendi. Viatores tamen cruciati vino, frumento etc. in via sua abundabant; unde hanc, licet paulo longiorem, pro via per Caudaviam electam fuisse puto. De Diaboli (Deaboli, dein de valle Biklistae, quae versus Castoriam in Macedonia occidentali ducit, v. egregiam Pouquevillii expositionem in Itinerario Graeco Ed. II. Vol. III. p. 24 sq. p. 38 sqq. Reliquas huius expeditionis Normannicae partes inferius illustrabo.

Anno 1105 sqq. alia sequitur Normannorum contra Graecos expeditio. Alexius imp. Thessalonicam se confert, atque ex ea urbe bellum praeparat (Anna libro XII. p. 348. Reliqua narrationis parum contribuunt ad illustrandum hoc nostrae disserta-

*) In scriptione Bardarii (Axii) mirum quantum variant scriptores medii aevi. Occurrunt formae *Baldarius, Bardarius, Bardarus, Bardal, Bardanus, Baudarus, Bardacus*. Plurimae librariorum vel etiam typhothetarum incuriae tribuendae videntur. Eginus de quibusdam harum nominis formarum in dissertatione nostra

de Bardario, Macedoniae fluvio.

**) Albericus ibid. p. 153: *Interea Boëmundus cum suis venerat in civitatem Serram, ubi sufficientem habuere mercatum. Ibi Boëmundus cum duobus Corpalatiis amicitias iniit. Itaque ad Serram dimisso exercitu etc.*

tionis caput. Bellum fuit diuturnum, in quo maximas Dyrrachii partes fuisse video, quod magno impetu Normanni oppugnabant. Alexius ea tempestate plurimum Thessalonicae versabatur, bellum Illyricum inde per duces suos administrans. Postremo per regionem Pelagoniam (i. e. agrum Castoriae) Deabolin se confert (Anna libro XIII. p. 386), ibique artes contra Normannos, Dyrrachium obsidentes, struit. Facta postremo pax bellum cruentum diremit.

Reliquum Alexiani imperii tempus tutum a Normannis aliisque hostibus occidentalibus fuisse constat, neque aliter regnum Ioannis filii, qui ei successit.

Manuel (1143—1180), huius filius, a Normannis quidem Siculis bello petitus fuit, ut avus Alexius I.; hi vero, non ultra Corcyram progressi, Graeciam potissimum tentabant, non Macedoniam. Manuel contra hos profectus in urbem maris Adriatici Aulonem venit; hiuc per Pelagoniam veteris sensus (Monasterium) rediit, rebus Serbicis ex hac urbe animum intendens (Nicetas in Manuele 2, 6.). Serbiam (Dardaniamque puto) deinde intrat; unde redux urbem Pelagoniam repetit. Vides, imperatorem usum esse via Egnatia, quae inter Aulonem et Pelagoniam intercedit.

Anno 1185, sive vergenti imperio Andronici tyranni, deinde Isaacii Angeli initiis assignanda est ultima Normannorum contra Graecos expeditio, antecedentibus multo gravior. Dyrrachio capto Thessalonicam petunt, quam brevi obsidione expugnant (Nicetas in Andronico 1, 7 sq. Eustathius narratione Normannica cap. 53 sqq.). Quoniam itinere inter Dyrrachium et Thessalonicam usi sint, scriptorum nemo memorat: nullo enim resistente per Illyricum Macedoniam intrabant; unde nil erat narratu dignum. Sed poterant duplici itinere ad sinum Thermaicum Thessalonicamque pervenire, sc. per Monasterium (urbem Pelagoniam s. Heracleam), vel per vallem Biklistae urbemque Castoriam; qua de re vide Nos in antecedentibus. Ceterum posterior eorum expeditionis pars, cum a Thessalonica Cpolin proficiscerentur, viam Egnatiam manifesto spectat: quid aliud? Occurrit enim apud scriptores Amphipolis ac Mosynopolis, quae urbs posterior medio inter Thessalonicam Cpolinque spatio locum habuit. Per hanc Macedoniae Thraciaeque partem non alia via publica versus orientem duxit, quam Egnatia.

Regnante Isaacio Angelo (a. 1185 sqq.) Bulgaros a Graecis defecisse constat: unde multa rerum Macedonicarum, Thracicarum, Illyricarum turba. Vias publicas ab istis barbaris ut plurimum obsessas clausasque puto, eas saltem, quae ex Illyrico in Macedoniam ducunt. Duravit hoc incommodum capta Cpoli a Latinis a. 1204, qui praeter maris Aegaei litora nil fere possidentes, interiora terrarum raro, vel funesto eventu tentabant. Patuit tamen viae Egnatiae pars orientalis, qua Balduinum Flandrum imp. et Bonifacium identidem usos constat, de quibus v. Nos in sqq.

Postero tempore (saec. XIII. XIV) viam inter Dyrrachium et Thessalonicam denuo aperuere imperatorum Nicaenorum Byzantinorumque cum despotis Illyrici sive commercia sive bella.

Narrante Georgio Acropolita Graecus imperator (Michael Palaeologus) ab Edessa (Bodina) Achridem venit, deinde redux alia via, sc. per Deabolin, Macedoniam repetit, venitque Castoriam. Ipse deinde Acropolita, legati munere fungens, Thessalonica egressus Berroeam venit, hinc *viam, quae Albanum ducit*, electa, Serbiorum urbe a tergo relicta, Castorium praetergressus, Achridem venit, hinc Albanum, postremo Dyrrachium (histor. cap. 67., coll. Nicephoro Gregora 2, 8, 2.). A Dyrrachio aliâ viâ (in Dardaniam) revertitur, sc. per urbem Chunabiam, *) Leoni quoque Sapienti memoratam in Novella de thronis (Leunclavii ius Graeco-Rom. T. I. p. 98.); hinc per montem quendam, nomine Mala Petra; Matem (hodie Mattia); Derbem (immo Debram, s. Dibram ad Drinonem nigrum, et quidem urbem Dibram inferiorem, quae dicitur *Dibre Post*); Cytzabin (*Critzovo* in Dardania, supra urbem Perlepe); Prilapum (*Perlepe*). Deaboleos Achridisque mentio apud Eundem deinceps saepius recurrit, ubi sermo est de bellis despotarum Epiri cum imperatoribus Graecis; quae brevitati studens omitto. Est vero, me iudice, Acropolita diguissimus, qui a futuro istorum desertorum viatore diligentius in ipso itinere legatur.

Seculo insequenti (XIV) Graecus imperator Andronicus II. copias e Castoria mittit Achridem (Cantacuz. I, 55), ipseque, eâdem via usus, (per vallem Biklistae) Achridem venit (a. 1328). Anno 1336 idem per Thessaliam (i. e. Macedoniam e more loquendi veterum) cum Turcicis copiis Dyrrachium proliscitur (Cantacuz. 2, 32), iucertum, qua via. In eo itinere equitatus nullum fere usum esse ob loca impedita, Cantacuzenus ibidem narrat, additque, a temporibus Manuelis Comneni usque ad Andronicum Palaeologum II. nullum imperatorem Graecum Dyrrachinos visitasse.

Et haec fere historia est viae Egnatae, quoad partem potissimum occidentalem; alia addam in stationum singularum expositione.

III.

Consilium viae Egnatae muniendae e Cicerone patet (orat. de provinciis consularibus cap. 2.): Macedonia sic a barbaris, quibus est propter avaritiam pax erepta, vexatur, ut Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum et arcem munire cogantur; ut via illa nostra, quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum, militaris, non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed

*) Acropolita cap. 67: Ἐξορήσας γούν τοῦ Δυρόαχίου, καὶ διελθὼν τὰ τῆς Χονναβίας, καὶ τὸ ὄρος ὑπερβύς, ὃ δὴ κακὴν πέτραν κατονομάζουσι . . εἰς τὰ περὶ τὴν Δέβρην (i. Δέβρην) ἀγῆγμα . . διὰ τῆς Κυτζάβειος πρυγῶν, ἐπὶ τὸν Πρίλαπον ἐγενόμην. Emendandus ex his Leonis Diaconi locus hist. 6, 8: λέγεται γάρ, Μισσοῦς (Bulgaros) ἀποίκους τῶν υπερβορέων Κοταρίων, Χαρίρων καὶ Χοννάβων ὄντας, τῶν οἰκίων μεταστῆναι ἡθῶν.

Ubi pro ΧΑΡΑΡΩΝ Hasius legit ΧΑΖΑΡΩΝ. Lenior mutatio erat ΧΑΒΑΡΩΝ vel ΚΑΒΑΡΩΝ, quos (Cabaros) habet Constantinus Porphyrog. de Administr. cap. 40. (coll. Engelio in histor. Ungar. I. 349., de Cabarorum et Magyarorum cognatione). Ex Χοννάβων Hasius extundit Κομμάρων. Sed veterem scriptionem tumentur Leonis imp. et Acropolitae loci.

etiam castris Thraciis distincta ac notata. Inserviit igitur transmittendis in Macedoniam Asiamque exercitibus Romanis.

IV.

Iam vero aggredimur *priorem viae Egnatiae partem, i. e. occidentalem*, quam ab Adria ad sinum Thermaicum Thessalonicamque ductam fuisse, e Strabone supra laudato intelligitur. De ea in antecedentibus praeoccupata quaedam sunt. Praemittimus generalia.

Terrae gentesque, quas haec viae pars penetravit, praeter Straboniana supra allata ex eodem scriptore cognoscuntur l. c. §. 8. p. 326: *Τῆς γὰρ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας μέχρι Κεραυνίων ὑπεροικοῦσι Βυλλιονές τε καὶ Ταυλάντιοι καὶ Παρθῖνοι καὶ Βρύγοι **)· πλησίον δὲ πού καὶ τὰ ἀργύρια τὰ ἐν Δαμαστιῷ. Περιστάδιές τε συνεστήσαντο τὴν δυναστείαν, καὶ Ἐγγελίους καὶ Σεσαρασίους (l. Δασσαρετίους) καλοῦσι· πρὸς δὲ τούτοις Ἀνγκηστῆαι τε καὶ ἡ Δευριόπος, καὶ ἡ τριπολίτις Πελαγονία, καὶ Ἐορδοὶ καὶ Ἐλίμεια καὶ Ἐράτυρα. . . Διὰ δὲ τούτων ἐστὶ τῶν ἐθνῶν ἡ Ἐγνατία ὁδός, ἐξ Ἐπιδάμνου καὶ Ἀπολλωνίας. I. e. *Supra Epidamnium atque Apolloniam usque ad montes Ceraunios habitant Bulliones, Taulantii, Parthini, Brygi: ibidem alicubi sunt Damastii argentifodinae. Et Perisadies regnum acquisiverunt, eosque Enchelios et Sesarasios vocant. Post hos veniunt Lyncestae et Deuriopus et Pelagonia tripolitidis; tum Eordi, Elimea et Eratyræ. Per has gentes via Egnatia ducit, ex Epidamno et Apollonia.* Populos quatuor primo loco memoratos ego inter Epidamnium cum Apollonia et lacum Lychnitida quaero: quo singuli origine habitarent, ego nondum inveni. Gentes subsequentes ad lacum modo memoratum collocandae sunt. Lyncestae Eordique Macedoniae superioris incolae sunt (Strabo l. c.).

Quam longa haec viae pars fuerit, Polybius Strabonis supra allatus ostendit: fuisse M. P. 267. Huic summae tabula Peutingeriana satis respondet: habet enim, computatis stationum mensuris, M. P. 279 (sed deest mensura Lychnidi). Itinerarii Antoniniani pars prior (via a Dyrrachio Thessalonicam) praebet summam M. P. 280.; maiorem posterior pars eiusdem Itinerarii (via ab Apollonia Thessalonicam), sc. M. P. 307.; maximam Itinerarium Hierosolymitanum (via a Thessalonica Apolloniam), sc. M. P. 319.

De ultimis quaedam notanda videntur. Eodem spatio eandem in viam eos venire Strabo supra allatus ait, qui ab Apollonia, et qui a Dyrrachio proficiscantur. Hoc tamen itinerariorum mensurae parum convenit; iis enim testibus via Apolloniae longior est, quam Dyrrachina. Et recte quidem, ni falluntur geographi novitii, qui viam, quae a Dyrrachio Albanopolin (Elbassanum) ducit, tertia parte brevior faciant, quam ea est, quae a ruinis Apolloniae eodem ducit: Albanopoli vero utraque via iungi putatur. His proffigatis per se patet, quid de Plinii loco satis noto iudicandum sit, ubi men-

* Parthinos et Bulliones iam Cicero iungit orat. in L. Pison. 40: *Parthini et Bul-*

liones illusi (a L. Pisone).

sura viae nostrae Dyrrachinae narratur. Ille igitur H. N. 4, 17 (10): *Ad hanc (Thessalonicam) a Dyrrachio CXIV millia passuum*. Nihil agunt, qui pugnam inter Polybium Pliniumque ita dirimi posse putant, ut Plinius de via recta, Polybius de anfractibus eiusdem viae loqui dicatur. Immo Plinius scribere debebat *CCLXVII*, quod satis patet ex eodem scriptore ibid. cap. 18 (11): *Intus Philippi colonia: absunt a Dyrrachio CCCXXXVI M. P.* Philippi a Thessalonica absunt secundum mensuras veterum M. P. XC vel C., itinere orientali, coll. veterum itinerariis. Quod haud multum abludit a summa Polybiana, quae viam inter Dyrrachium Thessalonicamque spectat, exceptis M. P. fere XXX., quae Plinii librarius suae mensurae addere debebat.

Age vero recentiorum scriptorum expositiones de *mensura viae locorumque situ et natura* adiiciamus. Felix Beaujour in Voyage militaire dans l'empire Othoman T. I. p. 204 sqq.: „Il y a un sentier, qui en se dirigeant à l'ouest s'élève brusquement de Monastir (Heraclea) sur la chaîne grecque vers le bourg et le lac de Drenovo; d'on il descend dans la vallée du Genusus vers le bourg de Dévol. La route ordinaire se dirige plus au nord, s'élève en remontant le cours des eaux sur le plateau, où l'on voit le bourg de Resna, au milieu d'une riante prairie; et laissant à gauche à une lieue vers le sud le bourg et le lac de Presba, encaissé entre de hautes montagnes, elle monte par une rampe roide, bordée à droite d'un bois de chênes et à la gauche d'un torrent profond, sur la crête nue, qui couronne la chaîne grecque. Cette chaîne est presque toujours couverte de neige, et elle est hérissée de pointes de rochers, au milieu desquels on aperçoit çà et là quelques bouquets de hêtres. On la traverse du sud-est au nord-ouest, et l'on descend par un escarpement rapide, à travers un terrain schisteux et profondément sillonné par les eaux, sur le lac Lychnidien vers la ville d'Ochrida, située à l'entrée de l'Albanie. La crête de la chaîne grecque est dentelée vers le point où on la passe, et la plus part des dentelures paraissent granitiques; mais ses flancs sont schisteux jusqu'à une très-grande hauteur. La montée sur le revers oriental pourrait être adoucie, parce que le terrain y est coupé en pentes larges; mais il serait très-difficile d'adoucir la descente sur le revers occidental à cause de la brièveté des rampes et de la hachure du terrain. Ce terrain descend en pentes brusques sur le lac Lychnidien, et dans certains endroits il paraît coupé à pic. L'entrée de la Macédoine est donc aussi difficile de ce côté, que de tous les autres: ce qui a fait dire à un historien ancien, que c'est vaincre que d'y entrer: *introisse victoria fuit*.“

„Il y a de Thessalonique à Pella sept lieues, de Pella à Yenidje deux, d'Yénidje à Vodina six, de Vodina à Castranitza sept, de Castranitza à Flûrina dix, de Flûrina à Monastir six, de Monastir à Resna sept, de Resna à Ochrida six, en tout de Thessalonique à Ochrida 51 lieues. Cette route présente partout des vestiges d'une ancienne voie, et paraît suivre le trace de la voie Egnatienne, qui se prolongeait

de *Lychnidus* jusqu'à *Dyrrachium*, éloigné de *Lychnidus* de 29 lieues. *) La voie Egnatienne avait donc dans toute sa longueur environ 80 lieues, et elle traversait l'Axius à Géphira, la chaîne grecque au col de Resna et les monts Candaves vers les sources du Genusus. Ses stations principales étaient Géphira, Pella, Edessa, Scurium, Cellae, Heraclaea, Nicaea, Pylon, Lychnidus, Scampis, Claudiana, Dyrrachium; et si l'emplacement de plusieurs de ces stations est encore inconnu, c'est qu'on ne la pas cherché avec soin. **) La route de Thessalonique à Dyrrachium était une des plus belles, que les Romains eussent construites dans la Grèce, et elle liait par la ligne la plus courte Rome à Constantinople."

Priusquam viam Dyrrachinam continuamus, alia libet apponere ex eodem scriptore, quae spectant vias a palude Lychnitide Macedoniam petentes. Ergo Felix Beaujour ibid. pag. 340 sq.: „La route de Macédoine se dirige au sud-est, remonte le Drin jusque vers Stronga à sa sortie du lac Lychnidien; et côtoyant ce lac sur sa rive occidentale depuis Stronga jusqu'au bourg de Starova, elle va franchir vers le village de Vinia les monts Candaves, pour descendre vers Gortcha dans la vallée du Génusus, qu'elle remonte jusqu'au bourg de Dévol et même jusqu'à celui de Piazza, pour aller passer la chaîne grecque vers les sources de la Biclista, et descendre avec cette rivière en Macédoine: c'est la route de Castorie."

„Une autre route se sépare de la première à Stronga, côtoie le lac Lychnidien sur la rive orientale, et va par Ochrida et le Monastère de Saint-Naoum passer la chaîne grecque vers le bourg de Drenovo, pour descendre avec un affluent de l'Erigon en Macédoine: c'est la route de Monastir."

„Une troisième route s'élève directement d'Ochrida sur la chaîne grecque vers le bourg de Resna, et descend à Monastir avec un autre affluent de l'Erigon: c'est l'ancienne voie Egnatienne."

V.

Via inter Lychnidum (Ochridam s. Achridam) et Dyrrachium.

Pouquevillius in voyage de la Grèce, ed. II. Vol. III. p. 63 sqq.: „Au sortir de Stronga on suit pendant une heure les débris d'une chaussée pavée, qui a dû faire partie de la voie Egnatienne. En tournant de là au S. O., on entre dans un défilé creusé par les eaux d'un torrent, qui se décharge dans le lac Lychnidus. Au bout d'une heure, en remontant sous cours, on tourne à l'O. pour franchir un col étroit, qui aboutit à un bassin marécageux. On traverse cette flaque d'eau sur une chaussée

*) Felix Beaujour ibidem hanc addit notam: Strabon, d'après Polybe, lui donne seulement 267 milles romains ou 71 lieues $\frac{1}{2}$, et l'itinéraire d'Antonin 280 milles ou 74 lieues $\frac{3}{4}$. Danville n'a donné à la voie Egnatienne que 60 lieues, parce qu'il avait trop rétréci la projection de la Grèce; mais on doit lui en donner au

moins 75 et même 80, si l'on a égard à ses nombreux détours."

**) Iter per Macedoniam superiorem atque Albaniam quam periculosum sit, nemo nescit. Omnes ibi pervolant, non morantur, neque aliter nisi largo militum comitatu stipati.

pavée de douze pieds de largeur, qui aboutit à un autre défilé. Avant d'y entrer, on laisse à droite, sur le penchant d'une colline, un village Arnaout, ayant en regard une vieille forteresse, dont on est séparé par une rivière, qui forme un marais."

„A cette distance on est à quatre lieues d'Ochrida, et on pénètre dans une gorge servant de lit à une rivière, dont le cours se dirige à l'O. C'est probablement une des sources mères du Scomius, fleuve d'Illyrie Grecque, mentionné par les anciens. On suit ses berges et on le traverse pendant trois heures de marche, sans avoir aucunes habitations en vue. La voie presque impraticable s'élargit à cette distance, et on plonge sur la vallée du Scomius, que les Schypetars appellent *Bregoui—Scome*. Bientôt après on trouve des champs cultivés, on aperçoit des villages épars sur les rochers, et on arrive au fleuve, qui coule du midi au nord. On prolonge sa rive droite jusqu'à un pont en pierre d'une seule arche, sur lequel on le passe pour arriver au village de Cucuse, situé en montagne. *On prend afin d'y monter une chaussée de quatre pieds de largeur, qui a trois quarts de lieue de développement, pour atteindre à ce repaire escarpé, qui est habité par Schypetars toxides: on est à huit lieues d'Ochrida, et à dix d'Elbassan.*"

„Des hauteurs de Cucuse on découvre à une lieue de distance le bourg de Djirad, qui donne son nom à un des cantons de la moyenne Albanie. Dans la partie opposée du vallon on distingue quelques hameaux épars, au milieu des montagnes et dans les forêts, qui s'élèvent jusqu'à la région des neiges, dont l'éclat a fait donner le nom d'*Albi* et *Albani montes* à cette contrée d'éternelle barbarie. La chaîne, qui borde la rive droite du Scomius, est plus élevée; car quelques uns de ses pics dominent la zone des glaces: il est probable, que cette charpente escarpée se rattache au mont Orbelus près de Prisrendi et à la chaîne du Bôra, que nous avons signalée."

„En descendant de Cucuse on quitte à trois heures de distance, la direction de la vallée, qui court du S. au N.O., pour entrer dans les montagnes de gauche, en marchant à l'ouest. On gravit un contrefort, qui s'avance vers le Scomius, dont la direction se recourbe à l'occident, en enveloppement une vaste vallée. On marche de là pendant trois heures jusqu'à un vallon latéral, qui se déploie du S.E. au N.O., dans le bassin du Scomius. On descend ensuite par un sentier scabreux au bord du fleuve, qu'on passe sur un pont en pierre de trois arches, et on marche sur sa rive droite, jusqu'à un khan fortifié. Le visir de Berat entretient garnison dans ce caravanseraïl, qui est établi à la frontière de son département. On aperçoit trois villages situés sur la rive gauche du fleuve."

„Au-de-là du khan on traverse un torrent; et on entre *sur une route large de dix-huit pieds, qui est taillée dans le rocher, perpendiculairement au fleuve, pendant l'espace d'une demi-lieue: la gorge s'ouvre à cette distance en face d'une plaine riche et cultivée. On s'éloigne du Scomius, qui décrit une courbe au midi, et dans une heure de marche on entre à Elbassan.*"

Addatur Felix Beaujour l. c. p. 329 sq.: „El-Bassan est le point, où se divisent les trois routes de Monastir, de Scoutari et de Durazzo. *La première se dirige à l'est, et remonte de Genusus jusqu'au village de Jurád et même jusqu'à celui de Cucusi, ou elle se divise en deux branches. L'une tourne au sud les monts Candaves, et remonte le fleuve jusqu'au bourg de Gortcha, et même jusqu'à celui de Dévol; d'où elle s'élève sur la chaîne grecque vers le lac et le bourg de Drénovo, pour descendre avec un affluent de l'Erigon à Monastir: l'autre, tracée sur les vestiges de la voie Egnatienne, s'élève directement du village de Jurád ou de celui de Cucusi sur la croupe des monts Candaves, d'où elle descend sur le lac Lychnidien vers le bourg de Stronga; et traversant le Drin à sa sortie du lac, elle va par Ochrida, pour passer la chaîne grecque vers le bourg de Resna, ou vers le lac de Presba, pour descendre à Monastir avec un autre affluent de l'Erigon.*“

„La route d'El-Bassan à Durazzo quitte celle de Tyran au pied des monts Grabatz vers les sources du Panyasus, nommé maintenant Spirnatza, tourne à l'ouest, et va rejoindre vers le village de Séraso la route de Cavaya à Durazzo. . en cotoiant les collines, qui environnent la baie de Pétra.“

Adde Eundem ibid. p. 337: „C'est (via Egnatia) la plus belle route, qui est été construite dans la Grèce, et elle l'avait été si solidement, qu'on en découvre encor à chaque pas des vestiges, quand on va de Durazzo par le chemin d'Ochrida.“

Et haec quidem sunt partes viae nostrae minus tritae, immo per deserta fere ducentes, in quas Pouquevillius et Felix Beaujour diligenter inquisiverunt, sc. a Monasterio (Bitoglia, Heraclea Pelagoniae) Ochridam, hinc Albanopolin (Elbassanum). Reliqua neque ex ipsis, neque aliunde satis cognita habemus, sc. viam inter Edessam et Monasterium; inter Albanopolin et Dyrrachium; inter Albanopolin atque Apolloniam. Haec tamen partes sunt aditu faciliores.

Ea pars, quae inter Apolloniam (cum Dyrrachio) et Lychnidum intercedit, ἐπὶ Κανδαουίας (iter per Candaviam) dicta fuit, coll. Strabone supra allato. Num reliqua viae similiter appellata fuerint, non liquet.

VI.

Tempus, quo via Egnatia Thessalonicam ducens munita videtur, supra attigimus (p. 2.). Fuit ea pars Polybii aetate absoluta, i. e. brevi post Macedonas devictos. Reliqua incerta sunt, et primum quidem, num viae initium duplex, sc. illud, quod a Dyrrachio, quodque ex Apollonia proficiscens, circa Albanopolin iungitur, eodem tempore munitum sit, an alio. Quod magis etiam ambiguum fit, si quis Plinium inspexerit H. N. 3, II. (16): *Hydruntum . . ad discrimen Ioni et Adriatici maris, qua in Graeciam brevissimus transitus: ex adverso Apolloniatium oppidum, latitudinis intercurrentis freti L (?) millia non amplius . . Brundisium . . portu nobile, ac velut certiore transitu, sic utique longiore, excipiente Illyrica urbe Dyrrachio*

CCXXV. Erat igitur Apolloniam, erat Dyrrachium transitus ex Italia, frequentia non impar: Apollonia vero Italiae propior fuit quam Dyrrachium. Quare ab illa viam inchoatam putabis. Probabilius tamen mihi semper visum est, ex urbe potiore, Dyrrachio, initio fuisse viam munitam; estque, ut supra monuimus, ex hac urbe via in Macedoniam paulo brevior rectorque. *) Fuit tamen Apollonia quoque haud ignobilis, et secunda fere post Dyrrachium Illyrici urbs, quod e Cicerone consequi videtur orat. in L. Pisonem 40: *Dyrrachium et Apollonia exinanita* (a L. Pisone). Atque ab Apollonia in Epirum Graeciamque tendentibus via maxime patuit, a Dyrrachio iis, qui Macedoniam cum Thracia et Hellesponto petebant.

Eadem obscuritas posteriorem totius vitae partem obtinet, sc. orientalem, quae Thessalonicam et Cypselam iungit. Cicerone tamen posterior esse non potest. Is enim primus scriptorum, qui aevum tulere, de ea loquitur oratione de provinciis consularibus cap. 2., quem locum supra attuli p. 14. Ubi Thraces, viam obsidentes, claro testimonio sunt, a Cicerone notari partem eius orientalem. Terram enim, quae ex ora Strymonis orientali patet, Thraciam dictam constat.

VII.

In nostrae viae gratiam pauca subiungo de via Italiae Appia, quae finem habuit Brundisii, unde transitus est Dyrrachium, Egnatiae initium. Appiam pristino aevo non ultra Capuam progressam scimus: absoluta fuit diu post. Quando hoc factum sit, nondum satis exploratum video. Egnatiae tamen partem priorem munitam eo tempore esse existimo, quo Appiae pars posterior nondum existebat. Et recte quidem. Macedonia devicta id primum Romani agere debebant, ut terrae modo captae possessionem sibi firmarent. Hinc Egnatiae munitio; eiusque natalia primo post Pydnaeam pugnam tempore pono. De Appiae confectione alia ratio ineunda. Quare eam Romani tam longo post inchoationem tempore absolverunt? Ea Italiae pars, quam Appiae pars posterior penetrauit, pridem Romanis quidem paruit: erat tamen bellis valde exhausta, atque etiam Latio Campaniaeque minus ferax, ut Romani priore viae parte, quam Capua finit, diu acquiescere possent. Eius vero rei magna mutatio evenit, quum Macedonia cum Graecia Romanis parere, deinde etiam Asia iugum eorum subire coepisset. Iam opus erat Appiae consummatione, ut exercitus suos a Brundisio vel Hydrunte in Graeciam (per Apolloniam), in Macedoniam (per Dyrrachium) commode transmitterent. Unde parum absum, quin Appiam ob Egnatiam absolutam fuisse statuam, nec non ob eam viam, quae ab Apollonia in Epirum Graeciamque ducebat. **).

*) Caesar b. c. 3, 79: *Caesarem Apollonia a directo (in Macedoniam) itinere auerterat.*

**) Viae Appiae mentionem eiusque usum non obscure invenio in seculi undecimi annalibus. V. Gesta Francorum et aliorum Hierosolymitanorum cap. 3.: *Tertia autem pars (viatorum cruciatorum) per an-*

tiquam Romae viam venit... Deinde venerunt ad portum Brandosim (Brundisium), aut Barim, sive Otrentum. Ubi aut et sive more istius aevi idem est quod et (partim). Pergit idem scriptor ibidem: Hugo denique magnus... intraverunt mare ad portum Bari: transfretantes venerunt Durrachium.